

[Alexander episcopus servus servorum dei. Dilecto filio nobili viro]^{a)} Alberto^{b)} nato nobilis viri . . . marchionis Misnensis [salutem et apostolicam benedictionem]^{a)}. Etsi coniunctio copule coniugalis [in quarta consanguinitatis vel affinitatis linea sacris sit canonibus interdicta, provide tamen super hiis interdum Romana dispensat ecclesia, maxime cum urgens necessitas vel evidens utilitas] persuadet.^{c)} Cum igitur, sicut ex parte tua fuit propositum coram nobis, nobilem puellam Agatham^{d)} natam nobilis viri Iohannis marchionis de Brandenburg, cum qua contraxisti sponsalia, ducere pro pace inter parentes vestros^{e)} reformanda desideres in uxorem, nos dilecti filii nobilis viri . . . marchionis Misnensis patris tui precibus inclinati, ut eandem puellam non obstante, quod quarto gradu consanguinitatis vobis^{f)} adinvicem attinetis,¹⁾ tibi matrimonialiter copulare valeas, tecum ad instar felicitatis recordationis Innocentii pape predecessoris nostri non obstante, quod in ipsius litteris in propriis nominibus sit erratum,²⁾ auctoritate presentium dispensamus. Nulli [ergo omnino hominum liceat hanc paginam] nostre dispensationis [infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum].^{g)} Dat. Neapoli XIII kal. martii [pontificatus nostri]^{h)} anno I^o.

119.

Markgraf Heinrich von Meißen überträgt dem Zisterzienserkloster Grünhain das Dorf Crossen an der Mulde mitsamt Zubehör, das der Burggraf Erkenbert von Starkenberg von ihm zu Lehen getragen und ihm mit Zustimmung von dessen Bruder Heinrich aufgelassen und dem Kloster für das Seelenheil seiner Frau sowie zur Vergebung seiner Sünden geschenkt hat.

118. a) Ausgelassen R, nach dem Kanzleibrauch ergänzt. Zum stilus curiae, vor allem zu Titulierungsvorschriften, vgl. oben Nr. 32, Anm. a.
 b) sic R, statt Theoderico; vgl. Nr. 61 und 69. Markgraf Heinrichs ältester Sohn Albrecht hatte bereits 1252/Anfang 1253 Margarethe, die Tochter Kaiser Friedrichs II., geheiratet; vgl. Nr. 32, Anm. 1.
 c) Etsi coniunctio copule coniugalis etc. usque: persuadet R; Text ergänzt aus Nr. 69.
 d) sic R, statt Helenam; vgl. Nr. 61 und 69.
 e) vestras R.
 f) vos R.
 g) Nulli etc. nostre dispensationis etc. R; Text ergänzt aus Nr. 69.
 h) Ausgelassen R, nach dem Kanzleibrauch ergänzt.
 1) Wie Nr. 61, Anm. 5.
 2) Vgl. Nr. 69.